

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs III. Vtrum Angelus poſit immutare imaginationem hominis. artic.
3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

esse, iuxta ea quæ quæstiōne quinquagesimā sextā, articulo secundo dicta sunt, & quæ communiter à Doctoribus Scholasticis afferuntur, præterit in 2. distinctione 8.

ARTICVLVS I I.

Vtrum Angelī possint immutare voluntatem hominis.

Damones
dilectio
potes
spiritus
humorū
sanguinis
vires
voluntas
memoria
sensitivitatis
actuas
sanguinis
humorū
sanguinis
vires
voluntas
memoria
sensitivitatis
actuas

Angeli quo
modo moue
re possint hu
manam vo
luntatem.

Q V A circa modum, quo vñus Angelus mouere, aut non mouere potest voluntatem alterius questione 106. articulo secundo dicta sunt, intelligi etiam debent circa modum, quo Angelus mouere potest hominis voluntatem in modum suadentis, ac proponentis amabile, aut odibile obiectum, potest Angelus mouere voluntatem hominis, vel propounding illi exterioris obiecta, vel excitando in viribus sentientibus internis imaginarias visiones ac cogitationes, modo articulo præcedente explicato, & explicando adhuc duobus sequentibus articulis. Potest etiam mouere hominis voluntatem excitando passiones in parte sensitiva, que in organo residet corporeo: harum quippe apprehensione vehementer afficitur, & inclinatur voluntas, non tamen illi imponitur necessitas. Quod fit, vt Angelus nulla ratione possit inferre necessitatem humanæ voluntati. Modum quo appetitus sensitivus moueat per passiones humanam voluntatem, explicauimus 1.2. quæst. 9. artic. 2.

ARTICVLVS III.

Virum Angelus possit immutare imaginationem hominis.

Angelus im
mutare non
possit species
in hominis
imaginatione.



O M M V N I consensu Doctores affirmant non posse ab Angelo immutari hominis imaginationem imprimendo ei de novo species, vt Diuus Thomas hoc loco in responsive ad secundum affirmat. Vnde efficiere nequit, vt homo natus ex eius imaginationem habeat coloris. Potest nihilominus multis aliis modis versare imaginationem ad varias cognitiones medianibus speciebus, quas imaginatio in se habet.

Angelus quo
modo valent
hominis cog
itationem ad
mutuam eque
miranda ex
citare.

In primis, quod melior est dispositio ex parte organi, & plures, ac puriores sunt spiritus sensitivi, proportionata tamen ad cognoscendum, & dilucidior & melior producunt cognitionem sensus interni, & per consequens etiam intellectus. Vnde ex meliore complexione organorum, quibus insunt interni sensi intellectui seruentes, & magis accommodata ad cognoscendum, prouenit, vt vñus ingeniosior sit, magisque pollet iudicio, quam aliis. Quod etiam idem homo vno tempore haberet eiūmodi organa minus impedita humoribus crassis, quam alio, & referta pluribus & purioribus spiritibus sensitivi ad cognoscendum accommodatis, & melius per sensus & intellectum agnoscat vno tempore, quam alio: quare cum Angelus possit, humoribus crassis expulsi, organa purgare, vel per motum localē ea immediatè expellendo, vel applicando actiua passiuis, eo modo quo pharmacis extrahi solent, purgarique caput solet;

A possit præterea per motum localē sensitivis spiritus attrahere ad organa, & applicando actiua, sanguinemque defecando, efficiere, vt plures generentur, utique euehore potest potentias ad multa intelligenda, quæ alioquin non possent intelligere.

Deinde cū aptare possit organum memoria sensitiva, & facilis ac melius species rerum retineat, idque vel extrahendo per motum localē quæ id impediunt, vel applicando actiua, quibus illa expellant & inducantur, quæ ad id conducent, tandem efficiere poterit, vt homo memoria felici praeficeret.

Præterea ex vario motu spirituum ac humorum in organo sensus interni, ex varia affectione corporis, variisque motu spirituum, humorum, & sanguinis in irascibili & concupiscibili, quibus passiones excitantur, eveniunt, vt homo, modo de hac re, modo de illa incipiatur cogitare, & vt vehementius, aut minus vehementer cogitationem ad hoc, vel illud applicet, plūque aut minus in ea cogitatione persuit. Quare hac ratione, commouendo spiritus & humores organorum, tam sensuum internorum, quam irascibilis & concupiscibilis, commouendō que alias partes corporis, poterit excitare varias cogitationes, luxuria, vindictæ, avaritia, rerum latram, tristium, piarum, &c. non quidem immittendo de novo speciem in sensum internum, aut cogitationem ipsam vñ cum sensu efficiendo, sed modis explicatis, efficiendo, vt potentia nunc concurrat cum specie huius obiecti, vehementiusque, aut minus vehementer ad id commouetur, nunc vero cum specie alterius obiecti.

Cum vero ad cognitionem necessaria sit aduentia potentie, quemadmodum nimia occupatio & distractio in aliis cogitandis impedit inspirations & immisiones, quas bonus Angelus in cogitatiū effundit, sic quoque studium & applicatio ad ipsa cogitanda impedit, ne Angelus malus cogitationes pessimas immittat, vt Diuus Bonaventura in secunda distinctione octaua, secunda parte, distinctione quæstione quarta, & Gabriel eadem distinctione, quæstione secunda recte affirman, vniuersimque, qui oriosi sunt, temptationibus sunt expositi, facileque patiuntur cogitationes pessimas ab Angelo malo immislas, quas non tam facilè in se sentiunt, qui vel literarum studiis, vel aliis honestis occupationibus detinentur. Vnde Hieronymus ad Paulinum, semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum, non enim facile capitur a diabolo, qui bono vacat exercitio.

Demum, quemadmodum homo, pro suo arbitrio, ex speciebus rerum, quas vidit per imaginationem confingit notitias rerum, quas non vidit, vt monitis atri, ex speciebus auri & montis, & interdum id prœvenit ex varia commotione, aut dispositione in organo, aut affectione corporis, vt constat, quia interdum ea somniamus, que numquam vidiimus, nunc tristia, nunc leta iuxta dispositionem, commotionem, aut affectionem corporis: sic etiam Angelus efficiendo in corpore similem dispositionem, ac affectionem, aut longè dissimilem, quan nouerit ad id esse magis aptam, efficiere in nobis poterit cogitationes rerum, quas numquam vidiimus. Præterea sicut ex commitione humorum, vt ex abundantia sanguinis permitti biliosis & melancholicis humoribus in caput ascendentibus, sunt sepe varie apparitiones in imaginatione medianibus speciebus, vel obiectorum præsentium, vel quæ in sen-

Damones
qua ratione
possint va
rias tenta
tiones com
mouere.

Tentationes
demonum
qua pacto
impediuntur.

Angelū mali
qua ratione
variae appa
ritiones in
sensibus in
ternis effi
cientur.

in sensitiva memoria reseruantur, ut in phreneticis, & amentibus est manifestum, qui adeo vehementes ac perturbatas patiuntur imaginationes, ut saepe eas videantur sibi videre, quas nec vident, sed nec videre quidem possunt, quod omnino non existant, idemque accidit interdum in ebrios ex vaporibus vini calidis & acutis: sic etiam cum Angelus egredi nouerit commouere organum imaginationis, adduceretque ac permiscere ea, quæ huiusmodi apparitionibus inferiunt, facile consequetur, ut similares visiones in imaginatione, interdum solitus sensibus exterioribus, interdum vero eis ligatis, aut nihil operantibus, sece offerant, idque vel opplenendo vias, per quas a cerebro transmituntur spiritus sensitivi ad sensus exteriores, ut sit in somniantibus vel attrahendo spiritus sensitios a sensibus exterioribus ad organa interiorum, retinendoque illos, ne ad organa externorum sensum descendant: quo pacto, qui ecclasi patiuntur, ob nimiam applicationem virium sentientium internarum, & confluxum spirituum sensitiorum ad vires internas, non vtntur sensibus exterioribus. Modo igitur explicato poterit diabolus efficere falsas ecclasiæ, & reuelationes, deludereque imaginationem, ut saepe efficit, tum in aliis, tum in lamiis, quæ cum interdum maneat velut exanimis in aliquo loco, arbitrantur se per aeræ delatas volasse, vidisseque & ergise multa, quæ nec viderunt, nec egerunt.

Hæc dicta sunt circa modos, quibus Angeli tam boni quam malo immutare possunt vires nostras sensitivas internas, in eisque varia cogitationes excitare, vel per solum motum localem, vel applicando actiua passiuæ. Legi, si placet, Victoriam ad finem selectionis de arte magica.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Angelus immutare posse sensum humanum.

Error, delusion, & præstigium quo partem differant.



VIDAM hoc constituant discrimen inter errorem, delusionem, & præstigiū: Quod error si quecumque falsa de re existimat: delusio vero sive illusio, si falsa existimatio ortu habens ex variacione aliqua facta circa obiectum, medium, potentiam, seu organum sensus: unde minus late patet quam error: potest namque error ex aliis, sciam captibus evenire, ut ex captiola ratiocinatione, aut aliunde. Præstigium aurem, ut Alexander Aenensis secunda parte, quæstione quadragesimateria, membro tertio, articulo primo vult, sive species quedam delusionis, ea nempe, quæ proueniunt ex variatione facta solam ex parte potentie, seu organi agnoscuntur. Interdum tamen præstigium, & illusio confunduntur.

Hoc præhabito ad quæstionem propositam responderetur, Angelos immutare posse sensus nostros eos variis modis deludent. In primis ex parte obiecti, idque multifariam. Primo, sola celeri agitatione & subita occultatione, varia etiam collocazione eorum, quæ ostenduntur, aut incisione, vel conglutinatione occulta, quo pacto præstigiatores sensus deludunt, idque multo melius demones efficerentur.

Secundò, appositione alicuius corporis mineralis: quod virtute sibi indita in causa sit, ut corpus, cui apponitur, appareat longè diuersum. Fortè multa alia sunt, quæ similiem habent, virtutem. Dubito

A tamen, an id efficiant imprimendo qualitatem in corpus, cui apponuntur, ratione cuius faciunt illud apparere diuersum, an potius pro ducento qualitatem in medium, per quod species deferantur, qua mediante ita modificantur species obiecti, ut cauæ sint, cur id obiectum diuersum appearat, eo modo quo species obiecti candidi transmissæ per vitrum viride representant obiectum, ac si esset viridevitum, que namque modo id esse potest.

Tertiò, ex certa quadam collocatione obiecti comparatione oculi deluditur visus, putans rem longè alter se habere, interdum namque linea certa quodam modo in tabula descripta, si tabula ante oculos ponatur, & inspiciantur, ut re vera in ea descripta sunt, comperirent nullum ordinem, pulchram proportionem inter se habere, at vero si compiciantur per certum quoddam foramen in latere cerro tabule oppositum, ita ut tabula & linea in ea scripta in certo quodam situ manent comparatione oculi, referunt pulcherrimam quandam figuram & imaginem. Ad hunc modum reducitur id, quod Diuus Bonaventura & Gabriel in secunda distinctione octaua, quæstione secunda, articulo tertio referunt: dicunt namque paleas certo quadam modo dispositas, adhibitaque lucerna viderentur serpentes.

Quartò, possunt Angeli deludere sensus ex parte obiecti, adhibendo aliud simile obiectum, quod sepiissime dæmones efficiunt, dum corpora phantastica assumunt, que rem eam referunt, ad cuius sunt similitudinem effecta: interdum etiam sensus deludent, dum occultando, aut perimendo unum corpus, aliud afferunt aliunde, & sensibus loco alterius obiiciunt, ut ex ratione credatur unum corpus in aliud esse commutatum. Altera horum duorum modorum arbitratur Diuus Augustinus decimo-octauo de ciuitate Dei, capite decimo-octavo, dæmonem effecisse, ut socij Diomedis in aues crederent communatus. His omnibus & aliis similibus modis deludere possunt dæmones ex parte obiecti.

Ex parte medijs possunt etiam deludere sensus: primò impediendo, ne per medium deferant species ad oculum aliquius, eaque ratione possunt occultare illi aliquod obiectum prefens, vel occultare partem, & partem solam ostendere. Secundò, immutando medium qualitate aliqua, quæ species, quæ per illud deferuntur, eo pacto modificantur, ut obiectum aliter, ac sunt, representent. Hoc modo si acero permisceatur sal, & linea pannus mitatur in acetum, extractusque supposita lucerna inflammetur, species, quæ diffunduntur per medium flamma illius panni illuminatum, apparere faciunt hominum facies valida horrendas: quibus plures alios deludendi modos ex parte medijs Angeli possunt addere.

Ex parte potentie seu organi possunt eos deludere: primò per motum organi: mutato namque situ organi appetit res alio in loco ac est: hac ratione si inter oculum & cavitatem, in qua est inclusus digitum mittas, oculumque comprimas, ac leues, aut deprimas, una res appetit ac si essent duas. Secundo, immutatis aut perturbatis spiritibus, permixtisque humoribus, apparent res aliter ac sunt. Impeditis etiam spiritibus, ne descendant ad organa sensuum, impeditur sensatio. Atque hac ratione Angeli percute nos possunt excitat: aut etiam interposito humore aliquo inter tunicas per quas species transuent ad organum visus, quo pacto perclusus fuit Paulus. Quouis autem horum duorum modorum

Angeli sensus nostros exteros variis modis immutare possunt ex illis.